bonus q̄ heinricū corona exornauit. Et quoadū ixit nil pretermisſit. quo ter-
ra sc̄tā (Ita em̄ hierosolimam vocant) recuperare. in tantis autē perturbationi-
bus reꝝ tantoq; sumptu bellico edes egregias. tū apud sanctū petrū tum ad
lateranū edificauit. quā recipi pontifices p̄ cōmode possent. Preterea vō no-
men viterbio dedit. eccliamq; cathedralē fecit. Moritur aut̄ pontificatus sui
anno sexto. mense septimo. die. vndecima. Sepelitur in b.asilica petri. bonis
omnibus p̄e dolore t desiderio hominis larimantibus.

Saladinus rex



Saladinus egyp̄i rex noradino sarracenoꝝ rege defuncto. ei⁹ loco tāq; vir
fortissimus t strenuus ab oīb̄ sbrogat⁹. regnauit annis. xvij. Hic magis
stratu ac regno suscepto statim ḥ egyptior̄ regē i bello p̄cessit. q̄ tādem capto et
occiso vniuersam egyptū t syriā oīm cōquisiuit. Et suo impio adiecit. Deinde
in xpianos mouēs regni hierosolimitani terrā cū magno ingressus exercitu in-
gēte pecoris hoīmq; abegit predā. t cōgressos p̄datorib̄ xpianos milites. in
quis tēplarij fuerūt multi. maiori ex pte occidit. Attī p̄mo t secūdo p̄lio a bal-
duino rege leproso supatis. Uer̄ p̄atis denuo copijs ḥ emanuelē grecorū re-
gem monet. quē t simulata fuga aliquā i angustas p̄ualles p̄rabēs tāde supat
t capit. Eui⁹ victoria elat⁹ i xpianos de hierosolimor̄ regno p̄tendētes cū ma-
ximo exercitu p̄cessit. Ip̄am tandem ciuitatē sc̄tā (quā xpiani reges post gothe-
fridi rege p̄ annos octo t octuagita cū magna gloria possederāt) post maximā xpianor̄ stragē vt p̄missum
ē cepit. t de ea triūphauit. Templūq; salomonis qd̄ turcis p̄ter t sarracenis sicut t xpianis consueuerat
sanctū eē. illudq; prius q̄ saladin⁹ ingredi voluerit. aq̄ lauari rosacea. t suis lustrari execrationib̄ cura-
uit. pfect⁹ inde impiger saladin⁹ i tyru duxit. quā vrbe cōrad⁹ marchio nō magis ciuib̄ quā ceteris q̄ eo
p̄fugerāt xpianis publico p̄mittēte p̄cilio defensandā t p̄petua ditione tenēdā accepat. Hic q̄ppe saladi-
nus clarissim⁹ fuit. cui nihil aliud ad summā defuit laude nisi xpiani noīs cara-
cter. Qui moriēs tandem mādauit in sui funerali tropheū tale an̄ corp⁹ suuꝝ deferri
spectaculū. videlz pānū nigrū i lancea suspēsum. Eui⁹ precederet preco clamans
Asie tot⁹ domitor ex tanto regno tantisq; opib̄ moriēs. nil aliud secū desert.

Alpaidis mulier sc̄tā de cūdota eo tpe claruit. Lui⁹ diuinis⁹ collatū ē annis
multū in corpe degere t corporalis cibi n̄ egere. Hec genere infima officio-
q; bubulca. sic corpe marcida. t p̄ exilis intestinis inedia euacuatis. venusta-
tū t corporulenta i vultu cernebatur. ac si delitiarum copia frueref frequēter ra-
piebatur in excelsis t angelo duce freta. Illud quoq; admirandū feminā rure
editam t educatam rurali opere assuetā tam prudentē i consilijs t circūspectā
in verbis fuisse vt qui docet hominem scientiam. in ea delegisse sedem pleriq;
arbitrabantur.

Linea summorum pontificum
Clemens tercius



Celestinus tercius



Alpaidis mulier



Henricus eius nōis sextus friderici primi filius. anno dñi 11. c. xc. defuncto genitore p̄sens principū romanorū impator delectus impauit annis octo. a patre aut prius rex designatus coronā aquis grani acceperat. Is primo in colonienses bella mouit. occiso leodensi epo in graciā redeuit. Anno deinde electionis sue tertio Celestinus pontifex romanus postridie coronatiōis sue heinricum sextum friderici barbarosse in armenia defuncti filii a germanis electoribus declaratum in regem romanorū impatorem constituit. ea iniuncta cōditione ut heinricus ip̄e regno citra vltraq; fretum siculum p̄prijs recuperato sumptibus t̄ cēsum solueret annū t̄ iuris ecclesiastici terram sibi redderet possidēdam. idq; quo rex facilias assequereſt cōstantiam normanno rege natam virginem in monasterio panormi agētem occulte educi curauit. eāq; natu grādiores q̄ q̄ filios p̄curatura videref dispēsatione aplica illi in matrimonium collocant. Reddidit vō heinricus impator primā oīm urbem tbusculam pontifici celestino. cuius t̄ romane ecclesie iuris erat. Isq; p̄ter hec vna in re p̄siderantissimus ro. po. pmisit. a quo nullo adhibita aut pietate aut mora funditus est excisa. et vt omnis in futurū instauratiōis spes adimeret ruinaz illius saxa romam sunt delata. que in clivo huius temporis capitolino ad memoriam conseruant. Ingressi regnū cum exercitu rex heinricus t̄ regina primo imperij anno neapolium obsederunt. sed cum pestiletiā exercitum inuasisset re infecta abeūtes in alemārias accesserant. Postea iterato a celestino pontifice romano vocatus magnū in ytaliam exercitum duxerat. veneratq; secum Constatia vxor friderici filii afferens primū (quē p̄ter omnīū opinioneſ nimis annosa p̄perat) Isq; secundus fridericus postea vir factus ecclesiam p̄secutus est. paruoq; negotio primo neapolis. post quicquid in ytalia sicilie regni vocabulo censem. t̄ ip̄a subinde sicilia in eoꝝ potestatē sunt facta. Cōstantis vō tūc fama fuit heinricū panormi agentes thesaurū ingentē a normānis regibus tanto prius tempore. tantaq; successorꝝ p̄spēritate cumulatum clam expilatum in germaniā transmisisse. Is a pontifice acteritus vxore t̄ filio panormi relictis ro. se cōtulit cū eoꝝ pontifex celesti. multa egit vt recuperande iherosolime curam susciperet. Quod quidē munus cū p̄ se noluerit per legatos exequi spōpondit. priusq; ro. et italia decederet nauigiu ex omni sicilie regno t̄ imponendas vere. primo copias parari curauit. pariteroꝝ alpes transgressus archiep̄m maguntinū t̄ saxonu ducem legatos declarās onus illis iniūxit copias ex oī germania cōtrahendi. qua tempestate sarraceni affricam mauritaniam incolentes ingēti classe in hispaniā vltiore delati cōgressum p̄lio castelle regē supatumq; ceperūt. t̄ plurima tūc ea gens barbara de hispaniā subegit. quorū partē bethicā oīm. nūc granatam vscq; In hec tpa Anno. i 4 93. tenuerūt. Tandem cū in regnum heinricus rediūset Hessane in sicilia agēs cū grauiter egrotaret ad Innocētium p̄tificem ro. mitiens vxorē sibi t̄ fridericū filiū puer̄ amendauit. Philippū vō sibi germanū fratre. cuius totius ethrurie dominū sub ducat̄ titulo cōcesserat. q̄tū in se fuit ro. imperij t̄ simul gubernationē regni sicilie quo usq; filius adoleuisset administrationē retinere quesuit. cōfectoꝝ testamento panormi diē obiit. ea igit mors et rem in asia xp̄ianā t̄ simul omnē germaniā maximis inuoluit montibus. fuit enim in agēdis rebus strenuus. in hostes acer. in largiendo munificus. faciūdus eloquio. facie decora. statuta mediocris. ingenio prudens. in ecclesia panormitana magnifice sepultus.

Helinādius in territorio belluacensi frigidī montis monachus his tēporibus religione facundia ac doctrina clarus effulsit. qui cū esset vir doctissim⁹ ac disertissimus. diligenti cura de omnib⁹ rebus gestis chronicā p̄ pulcrā ab initio mundi vscq; ad hec tempora composuit ac in maxio volumie digessit. At hoc op̄ ita dissipatū t̄ dispersu ēt vscq; totū reperiāt. scripsit t̄ alia opūscula t̄ sermones Apias natione longobardus in latina t̄ greca lingua egregie doctus p̄ hec tempora floruit t̄ multa composuit. t̄ inter cetera p̄ter latina vocabula. que diligenter in ordinē redigit. t̄ de ordine dicēdi optime scripsit. atq; plures eplas elegantes doctasq; composuit.

Ago doctor interpres

Azonem p̄terea patria bononiensem virū vtcq; celeberrimum atq; insignem t̄ in iure ciuili cōsultissimum. Johannis bosiani (qui summā brevē super pātēctis composuit) auditorem cū p̄dictis floruisse constat q̄ lebrem edidit. que apud omnes etiam nō eno magno habetur in p̄cio. Insuper additiones plurimis summis addidit. quem baldus legum fontem t̄ electionis vas velut alter paulus appellat.

Martinus similiter bosianus t̄ cremonensis eius doctrine t̄ professionis doctor. de quo in glosis p̄sepe fit mentio eo tpe floruit. quem augelus de perūs uris lucernam t̄ mundi speculum appellat.



Bexta etas mundi

Linea summoꝝ pontificū
Innocentius tercius



Anno mundi. 6403.

Innocentius tercius papa natione campanus patria anagninus patre trasi
mudo e familia comitum. vir certe in omni genere vite probatissimus atq; do-
ctissimus. q; a primeua etate parsius lris opera dedit. Is an pontificatu doctrinā
et moribus insignis. a celestino in numero cardinalū referit. quo mortuo in ei
locū oīm consensu pōtifex sufficit. q; autem fuerit gloriosus pōtifex opa eius
ostēant. q; si omnia scribenda forent ingens volumē efficerent. q; cū erosas ha-
beret venalitatē edicto statuit ut nullus curie officialis quicq; ab alieno exigeret
preter scriptores ac bullatores. q;bus modū p̄fixit. hostiarios quoq; a notario-
rum cameris amouit ut liber esset aditus. statim quoq; vbi magistratū in iū bel-
lo asiatico animū adiūcīs germanos ppter Heinrici morte in asia tumultuātes
retinere in officio lris. nūcīs. premīs. pollicitationib; conar; ē. verum id frui
stratentauit. at vbi videret sarracenoz potētiam in asia concrescere apud lateral-
num maximum conciliū celebrat. cui interfuerē plures viri p̄statissimi. Postmo-
dū multa libroz volumia composuit. inter que extat liber de miseria cōditionis
humane. & libros de sacramēto eucharistie. de sacramēto baptisini. habuit item sermones temporibus & so-
lemibus diebus accommodatos. Secretales quoq; antiquas composuit quas obseruari mandauit. Vir do-
ctissimus & omni ornatisimus virtute. eo pontificatu sese dignū breui ostendit. nam inter ceteras decretales
quas extantes reliquit tres eo pontificatus sui initio edidit. Prima q; de inducijs habef. Quoties orbis p̄n-
ceps alter in alterū delinqueret correctionē ad pōtificem romanum spectare. Et venerādos esse principib;
q;stūis maximus sacerdotes secundam. Terciā que extra de electiōe habef singularis fuit. Juuere hui; pō-
tificis virtutē & doctrinā beati H̄nici & Francisci assisiatis sanctitas. Improbauit p̄terea abbat̄ Joachim li-
bellum quēdam nō sanam doctrinam p̄ se ferētem. Damnauit & errores almerici heretici qui postea parisi
cū sectatoribus suis exustus est. qui affirmabat ydeas que sunt in mente diuina & creare & creari. cū in eo nil
nisi eternū & incommutabile sit. dixerat p̄terea in charitate constituto nullū peccatū imputari. Nec Innocen-
cius opera pietatis in tanto pontificatu p̄termisit. Extant etiā in rome duo huius pontificis opa sitū. utilita-
te & v̄su longe distantia. hospitale sanctispūs in Sarria a longobardis & Saxonib; ibi solitis habitare ap-
pellatum. quod in vaticani suburbio celebre & ditissimum hospitalitati amplissime deseruit vñū. Et alterz tur-
ris appellata comitis vrsani operis. que muro oīm totius vrbis rarissimo sublimitate surgit eximia. Estq;
ad forū oīm nerue ad veteris subure principiū que p̄ etatē nostrā & diū ante inhabitata nulli omnino v̄sui
est aut fuit. indeq; basilicam sancti sixti que extat in auentino celebris tūc dirutam instaurauit. Verū dū Pe-
rusij tollende discordie causa (que inter Sennenses & pisanos vigebat). pfectus fuisset morit. pontificatus
sui anno decimoctavo mense septimo die. xvi. Cuius vita adeo probata fuit ut post eius mortē nū earum re-
rum que in vita egerit laudauerit improbaueritq; immutatū sit. hic quoq; primū ordinē diui Augustini be-
remiticum sub tutela apostolica suscepit.

Anno christi. 1204.

Sinodus maxima hoc anno apud lateranum ab
Innocētio pōtifice p̄dicto p̄ recuperanda iher-
osolima celebrat. cui interfuerē mille & trecenti p̄la-
ti cum iherosolimitano & constātinopolitano patriar-
cha. Metropoli septuaginta. Episcopi quadringen-
ti duodeci. Abbates. priores. cōuentuales octingē-
ti. Greci & romani imperij legati. Reguz v̄o iherusa-
lem. francie. hispanie. anglie & cipri oratores. Gene-
re multa tum quidem in cōsultationem nec decerni ta-
men quicq; aperte potuit. q; & pisani & genuēses ma-
ritimo & cisalpini terrestri bello inter se certabant. ve-
rum decreta ibi plata fuere quibus tam laicorum q;g
clericorum mores componerentur.

Tobānes bon⁹ ordinis heremitar⁹ diui augustinī
Instaurator natōe Mantuanus his temporeb⁹ i
flaminia & umbria vitam religiosissimam ac sanctissi-
maz duxit. multa monasteria ibi erexit. Inde fratres
zabonite vulgo appellati sunt. Tandem cum vir san-
ctus. jo. anis in flaminia p̄morat⁹ fuisset i patriā re-
uersus plen⁹ dier⁹ & opib⁹ bōis. āno a nativitate dñi
i 2 2 2. migravit ad dñm. Cuius cor p̄ translatus in
mōasterium ordinis sub titulo sancte agnetis fabre-
factū summo seruetur honore vbi indies sunt miracula,





Qhilippus suevus p̄nceps et elector dux heinrici imperator frater, quē idē heinricus moriens filij friderici reliquerat tutorem regnū accepit. verū heinrico mortuo maxima inter electores orta est dissensio. in germania em̄ electorū pars othonem ducis saxonie qui in asia fuerat germanū fratrem de legit. pars philippum qui ab heinrico institutus erat censuit cōseruandū. et res bello dissidijsq; diutissime acta q̄ philippo rex francie othoni rex anglie fauebat. ppter hanc dissensionem impatoris diligendi ytalii neq; philippū neq; othonē ad imperiū admittunt. ppter id tantū t̄pis quod inter coronationem et depositionē othonis interfuit. Per reliquū vero eorundē imperatorū tempus vacasse imperiū scribunt. Philippus aut̄ anno 1100. assaciam bello deuastans argentinā obsedit et in suaz postatem accepit. sequenti anno similia in thuringia p̄git. lantgraviū deuictum i graciā sumpliit. Innocentius vō pontifex quia cōstabat heinricū et fridericū patrem ḥ romanā egiſſe ecciam othonem impatorem p̄nūcianit. Philippus ira succensus arma parat ac p̄tra othonē philippo rege francoꝝ fauente in expeditionē prodit. Otho q̄ composito exercitu vna cū ioanne angloꝝ rege pugnandi copiam facit. s̄untq; singulāria certamina p̄cipue apud coloniam. Ad annū q̄ pontificat̄ innocentij octauū otto ille quē ro. regē imparatoreq; instituerat a philippo vbiq; succubuerat agrippina Colonia germanie vrbis p̄eciara othonem pulsus postremū oīm cōseruauerat quā vrbem philippus arta pressit obsidiōe. othoq; facta eruptione cōgressus supatusq; a coloniensiſ est expulsus. qui tempori cedentes philippo imparori debitā obedientiā p̄stiterūt. Tandem principis diuturnis defatigati bellis pace confecta philippus romanorū imperator declarat. ac sic nouem annis nō sine molestia hanc dignitatem retinuit. nec tamen diuturna fuit philippo in adepto vbiq; p̄ arma impio quies. quem lantgraviū thuringie princeps multis in suam sententiam tractis circuueniēs. vel vt alij scribunt otto comes palentinus de wülpach bamberge interfecit. x. kalendū iulij. corpus bamberge inde spire iussu friderici sepultū. Fuit aut̄ benignus ac largus. debilis corpe attī virilis. facie venusta. capillo flavo. statura mediocri decorus.

Otto dux saxonie huius noīs quartus anno a nativitate dñi 1100. ix. cū philippus imperator a comite p̄ latino interceptus fuisse. imperator a germanis suis delectus impauit annis tribus. qui statim romani p̄ficiſcens ab innocentio tercio sequenti anno in basilica sancti petri coronatus est. verū post acceptum ab ipso pontifice diadema iuris iurandi quo se de more obligauerat religione post habita terram eccie hostiliter invasit. nā radicophanum montē faliscū siue vt corrupte appellant flasconem et totā pene romandiolas p̄ diuerſas legiones diuersosq; legatos occupauit. et ad regni neapolitani regiones cōuersus vt eas q̄ caperet est adnixus. Friderico secundo quē romani p̄tificis auctoritas et p̄missa p̄tectione secuz redderet. nihil tamq; motibus suspicante. eos vō motus pontifex innocentius iniquo ferens animo ad othonē misit. qui eū suadēdo. hortando. admonendo p̄uincere conaren̄t ut capta de eccie terra feudatario redderet. q̄ peiora indies mōliebat. vnde pontifex eū anathemate primū p̄cussit. deinde p̄seuerantem et vias omnes romanās latrocinijs infestantē imperio et alemanie regno priuatū depositūq; p̄nūcianit. Secutos eū platos et p̄ceres ac oēs altos imperij ac regni populos eatenus sacramenti religione qua illi obligabant absoluiens vt nō magis possent q̄ deberent ab eius imperio reuerentia et obedientia se subtrahere. q̄ obre rex bohemie. lantgraviū thuringie ac archiepi Maguntin Treuerensisq; dux austrie et ex militibus p̄stantiores quiq; eū deseruerūt. Eū etiam germani electores imperij philippo suadente francoꝝ rege q̄ primū de priuatione othonis certiores facti sunt fridericū secundum sicilie regem viagesimū agentē annū in romanorū rebē declarauerūt. Philippus em̄ fracie rex othonē ioannis regis anglie ex sorore nepotē debilitari ac potentati deiſci exceptabat. quib⁹ tandem deterritus malis atq; periculis otto in alemania se recepit et quecūq; de ytalia ceperat in romani p̄tificis fridericisq; sicilie regis potestate rediere. vbi postea a philippo francoꝝ rege apud tornatum supatus. Tandem anno 1100. xvij. otto imperator mestus languensq; aio breui obiit. Veneti aut̄ rebellantem cretas in fide armis cōtinentes anno salutis 1100. xiiij. eandē in colonie formā redigere. missis eo ciuib⁹ qui cōtenses in officio continerent.

Bainaldus archiep̄s coloniensis post destructam mediolanū a friderico imperatore corpora triū regū ad Coloniā traduxit post gloriosam vitam in dño quieuit.

Richardus quoq; puer parisius a iudeis martiriū passus multis claruit miraculis. q̄ obrem philippus rex fracie intelligens iudeos p̄ plura quotanuis mala p̄gūsse in vituperiū xpianorū priuatis bonis omnes e regno fracie expulit.

Bexta etas mundi

Ordo cruciferorum




Ordo cruciferorū ordo in sinodo lateranēsi dñi inchoatus sed aliquā intermissus ab ipso Innocentio tercio pōtifice anno pontificatus sui, xviiij. restituīs. et confirmat ac multis fauoribus cōmendat. Id q̄ marie factū ē eo q̄ quedā albanensium pestifera heres surrexerat. que tantā in populo romano cleroq; seditionē excitauerat q̄tā vñq; anteā. q̄ obre causaz pōtis ipse multos cruce signatos impulit h̄ eos artma suscipere. quibus deuictis cruciferorū ordinē iāz sōpitū t̄ oblitteratū instaurans multis priuilegijs t̄ gratijs mirabiliter auxit. eides aut̄ ordini postmodū innocentius quartus deuotiōe affectus apud lugdūnum existens regulā cōposuit t̄ dedit in quo p̄cepit ipsiis religiosis semp cruce in manib; portare. ipsius uīt ordinis auctores et duce Quiriacū ep̄m t̄ martires tpe constantini magni Hele ne matris primū fuisse tradunt. qui etiam cū Juliano apostata cū multis christianis passus fuit. sed idem ordo ad nibilum fermeysq; in presens redactus.

Tartarorum regni principium

David quidam persa ex ignobili familia inter eos natus tartarorū gentis rex vir quidē magnanimus p̄ hec tpa ex indie montibus vna cū oīb⁹ sue gentis viri ac milierib⁹ hostili aīo egressus p̄ vicinas quasq; vrbes spolia multa exegit t̄ populū suū h̄ mō allexit. quibus spolijs allectus inde partbos venit t̄ pari terrore mediam. assiriā. persiā. armeniam et sarmatas nō longo tpe quadens circa meotidis paludis littore concessit vbi t̄ accolis suis sedes cōstituens in maximā euasit potentia ut regnū eoz nunc multū crevit in finib; hungarie polonie t̄ iuxta mare ponticum t̄ in aquilone. t̄ hi nūc vsonē cassianū habent principe. Sunt aut̄ tartari hoīes turpes oculos grossos. prominentes habent latas facies et frontes nasosq; latos mediocres. t̄ statura tante arrogantie ut dñm suū cham filiū dei appellant. pluraq; de eoz moribus historici scribunt.

Ordo carmelitarum

Ordo carmelitarū p̄ hoc ipsi in syria apud carmelū montē ab Alberto iherosolimitano patriarcha excitat t̄ multis priuilegijs ab eo sublimat. atq; eidem regulā suo iure cōfectā obseruandā primo obtulit t̄ confirmauit. in qua pro habitu fratribus eiusdem ordinis capā superiorē ex syrico cū quibusdam largis virginis sc̄z albīs t̄ griseis circulatā more helye p̄phe te (ut tradūt) assignauit t̄ deferendā p̄stituit. Isq; ordo cū in orbē diffunderet ac locis t̄ viris p̄stantissimis indies multiplicaret multas impugnationes p̄ multos annos ab emulatorib⁹ p̄tulit. sed postmodū Honoriū pontifex eius noīs tertius cernens ipam sanctam religionē t̄ ordinē a multis impugnatū t̄ aliquā persecutū cū nō satis probatū cōspiceret deuotione motus primo pōtificatus sui anno mutatis prius circulatis clamidibus ob honorē beate virginis marie in alias sub titulo virginis marie de monte carmelo approbavit t̄ cōfirmauit. aut̄ em̄ ordinē istū dū in siria cū habitu illo procederet maxima in reverētia t̄ deuotio apud soldanū egypci extitisse t̄ multas illi elemosinas t̄ beneficia cotulisse. sed eo habito mutato enī e finib; t̄ regno suo eiecisse. q̄ obre necesse fuit illuz in europā traīcere vbi mirū immodū excrescēs clarissimos t̄ sanctitate t̄ scientia viros p̄tulit. Quoz de numero p̄cipui fuere Angelus declamator ardētissimus Albertus siculus Cirillus grecus vir doctissimus. q̄ p̄ter libros multos a se editos spū ppbetie dazist. Et alij clarissimi.



Dominicus hispanus vir sanctitate & doctrina plurimū decoratus. p̄dicatorū dux & pater inclitus. ac xp̄iane religionis q̄si matutinū sydus emicuit p̄ hoc t̄ps. Is i calogura al' calaroga pago exoniensis diocesis nat⁹. Cui⁹ p̄ felix appellatus. mater ioanna q̄ tres filios habuerūt q̄ postea l̄ris edocti sacerdotiū acceptarūt. Tercius beatus dñicus cui⁹ mater p̄uidit in somnis se gestare catulū accēsam ore faculā bāculantē. Qui egressus ex vtero totū mundū incēdere videbat. p̄figurans ex ea p̄dicatorē eximū nascitur. fuit em̄ vicioꝝ mirabilis obiurgator. oppugnator heresum. fidelū diligentissimus exhortator. ab infantia quoq; cū eo misere ratio creuerat. ex canonico aut regulari a deo vocatus cū fr̄ibus socijs p̄dicatorū ordinē incredibili seruore fundauit. q̄ diuinitus instituto ab glorioſa dei genitrice maria religionis habitū assumpsit. Et cū in tholosana albieniſiq; galliarū regione heresis pullulasset. ac late & longe cepisset serpere. btūs dñicus tunc primū famam nosci ceptus ad eas extirpandas se cōtulit. Erāt vō q̄ armis eā sectam tueri admitterent. Qua comes tololanus notabat infamia. Quare datus est ab innocentio pontifice & a francoꝝ rege symon de mōte fortī btō dominico adiutor. q̄ cū cohorte ab hierosolime expeditione reducta: a sancto viro aduersantiū arma conatusq; retudit. tantisq; ea heresis defixa erat radicibus vt q̄ septimo inchoauerat vix tādem vltimo pontificat⁹ innocētij anno potuerit extirpari. pater aut̄ religionis existens. postea ab honorio q̄ scismaticos apud tholosaz domitos audiuit. ordinis confirmatōem obtinere meruit q̄ p̄firmato cū plura monasteria erexisset. Et multis signis ac miraculis claruisset. ac varias regiones docendo & p̄dicando lustrasset. Tandē anno salutis tercio vicesimo & duodecies centeno apud bononiā ytalie ciuitatē. nonis augusti migravit ad dñm. quē postea gregorius nonus audire eius miraculis & vita preclara in sanctoꝝ numero aggregauit.

S. Dominicus



S. franciscus



Franciscus seraphicus natione ytalus ex assilio vmbroz ciuitate ortus. vir utiq; diuinus. ac primus institutor ordinis fratrū minorū. & fundator mirificus. Circa annos dñi. M. ccvij. primo negotiator hūanus & affabalis ac pdigus usq; ad annū. xxv. Inde terrena oīa despiciēs xp̄m in om̄i vita secut⁹ est. Et cū aliquādiu pedibus calciat⁹ & corrīgia cinc⁹ incessisset. Gentētē dñice memor dicētis. Qui venit ad me & nō renūciat oībus. non potest mens esse discipulus. Abiectis oībus tunica incultam & cōtemptibilem fune p̄cīactam induens nouuſ mox ordinē constituit. cum quo velut sol i orbe radiās xp̄ianā religionē plurimū illuminauit. Tantū aut̄ in seīpo rigorē austeritatis exercuit. vt in tēptatione carnis. in pruinali tpe niue vel glacie operiref. paupertē quoq; dñiam suam semper vocabat. Hallebat potius de se vituperia q̄s laudes audire. om̄iq; studio preceuebat ne paupertatis metas trāsiliens ad supflua dissflueret. ardentissimoꝝ martyri desiderio feruebat. Ideo sexto cōversionis sue anno syriā petiit: ac ad soldanū accessit. qui eum om̄i honore suscepit. Quibus aut̄ annis an obitū eius vidit in visione seraphin vnu in aere sex alas habentē cruci manibus extensis pedibusq; coniunctis affixu. alaz vō duas sup caput erectas. & duas ad volandū extēsas habebat. Porro duabus totū corp⁹ tegebaf. Unq; diutius cogitaret apparebant in manib⁹ ei⁹ quasi fixire clauoz. latusq; ipius dextrū veluti lancea perforatum. Interea cū fr̄ibus suis sic ab eo institutis nouā dedisset regulā. & xp̄i stigmatib⁹ insignitus fuisset. & nomē suū in orbē diffudiſset. Cū nullā carni sue requiē dedeſrat a querētione sua. xvij. anno & multis languoribus p̄teritū t̄ps effluxisset. duo bus seq̄ntib⁹ grauioribus purgeri cepit. Tandē plen⁹ bonis opib⁹. apud assisiū urbem suam. Anno salutis n̄c. 1227. nonas octobris i dñō feliciter obdormiuit. Quem & biennio post gregorius nonus auditis eius crebris miraculis magna prius ob eam rem cōuentu habito. in numerz sanctoꝝ statim retulit. Nicolaus aut̄ tercius papa anno. M. cclxx. litteras de stigmatib⁹ ei⁹. xp̄i fidelibus misit

Eremotus atq; portēta multa h̄is annis vbiq; ferme fuere ita vt antiochia & tripolis atq; damascus magna ex pte corruerint. Cathina etiā sicilie insula contra aquarum naturā pelagus retrocessit. & hoīm ferme milia absorbuit. In ytalia insup grandines ouis anserum grossiores cecidere.

Isūm est quoq; signū mirabile in occidente post occasum solis in stella posita in austro declinans in occidentem indirecto syderis quod astrologi coronam adriagne appellant. Hisusq; radius quasi trabes magna per multos dies ascēdes in altitudinem firmamenti. Predicatores h̄is temporibus multa alia signa contigisse asserebant.



Sexta etas mundi

Anno mundi. 6415. **A**nno xp̄i. 1214.

Honorius tercius papa. p̄ta romanus. p̄e almerico c̄ue romano genit⁹. tertio suffectus innocētio. t̄ ip̄m eius noīs terciū. perusie cardinales i ro manū pontificem creauerūt. Qua in creatione ad sextū p̄decessoris diem obi⁹tus facta. maior solito adhibita ē festinā tia q̄ perusini c̄ues difficultatē hiero solim e rez. t̄ belloz ytalie sedandoz necessitates p̄penderūt. Et coacto in con⁹ clavi collegio penuria cibi per dies singulos maiore facta vt p̄peraret. vini ho nestissimā attulerūt. p̄secratusq; p̄tis ex destinatū a p̄decessore paci in ytalia cō⁹ stituende tractatū p̄ oratores legatosq; cōtinuauit. Ip̄se romā intra primū cre ationis mensem p̄ sabinos se cotulit. Sollicitabat em̄ eū petrus antisdorēsis impator cōstantinopolitanus. quē paulo post t̄ iolem simul vxore idē pontifex in basilica sancti lauretū. q̄ via tyburtina extra muros insignis visitur. imperiali diademeate decorauit. Et rebus xp̄ianoz in romana p̄sulturus q̄ hiero solimis p̄future viderenf ioannē de coluna cardinalē romanus portuensem ep̄m apostolice sedis legatū declarauit. impialesq; titulos honorius friderico secūdo cōtulit. Quē post iuribus ecclesiasticis sibi usurpatis anathemate no⁹tū dignitate priuauit. Ordinē heremitar̄ prout innocentius fecerat. p̄tegen dū cū suscepisset. Etiā ordines predicator̄ t̄ minor̄ cōfirmare voluit. hierosolimoz rege ex asia ad se romā veniente benignissime suscepit. Extantvo hono rii pontificis decretales multe. tū rome ope sancti laurentij extra muros vrbis reparata cū cenobio basilica. tum sanctasancror̄ ad lateranēsez ecclesiā instau rata celebris sanctimonie oratoriū. Bñ aut̄ ac beate vitā ducēs vt bonū pasto rem decebat. anno pontificatus sui decimo. mēse septimo. die. xiiij. morit. Se pelitur qz in basilica sancte marie maioris ad presepe.

Gregorius nonus papa natione bernicus. p̄ta anagnin⁹ e familia comi tum innocentij terciij nepos. Qui t̄ laterano vbi creatus fuerat ananiam p̄ estati caumiata se contulit. Bñ fridericū monuit vt expeditionē in terrā sanctam cui⁹ voto p̄idez cruce signatus se obligauerat. tandem iniret. forte cōmina ret vt nisi breui exequereſ excōdicationis priuationisq; sententias ab honorio p̄decessore in illū p̄mulgatas. p̄firmatas etiā atq; etiā aggrauaret. Promisit qz fridericus sese voverat. dictuq; ē veris t̄pus ad p̄ueniendū brundusij. vene rat eo magna multitudo p̄cipue vero ex germania lantgrauius hassie. q̄ brun dusij vna cū magna pte militū moritur. dū fridericus egritudinē simulās in si cilia se continet. Dec fraus ita cōprehensa est. cognita em̄ lantgrauij morte ce lerrime eo ad nauigasse omnēq; eius suppellectilem diripuisse. Cognita igitur fraudē friderici honorij terciij sententiā in fridericū latam p̄firmavit. Inde pe rusij pontifex assisiū petiturus. vt q̄ de francisco viro sanctissimo miracula au dierat p̄nis cognosceret re comperta vt audierat. in sanctor̄ numer⁹ statim retulit. Eeperant iterim romani senator̄ qnq; vnū. qnq; binos creare. Hanibal qz ex hanibalda gente romana nobilis senator heresi p̄sentiebat. in quā multi inciderant sacerdotes. Hicq; pontificis redditū formidantes tumultū concitaue rāt s̄ diuina vltio cōpescuit. Tyberis em̄ eā in alluvione excrescens. multa dā na mortalibus intulit. Et tanta peste laboratū est vt decimus quisq; vix superfuerit. Pontifex mira clemē tia usus publice oēs priuatimq; etiā distributa pecunia p̄solatus ē. veteres cloacas purgari nouasq; plu rimas construi curauit. Urbis dignitati t̄ valitudini vno tempore consulens. accessit post ad vrbem reatinā pontifex curiā in ea aeris salubritate conseruaturus. qua in vrbē beatum dominicum in sanctorū numerum retulit. Spoletum postea estate cum diuertisset beatum anthoniū cognomento paduanū ob innu mera miracula sanctor̄ confessor̄ collegio congregauit. Qui tandem multis quassatis erūnis a friderico suadentibus fracie t̄ anglie regibus cōuocauit omnes orbis xp̄iani ad cōcilium. Vrū fridericus terram mariq; vias p̄clusit. Cardinales pisana classis intercepit ad amalphia vrbē ducti. in custodiā postmodum tenti. Num aut̄ eo tardatus captor̄ cardinaliū t̄ prelator̄ impedimento. desistit a concilio pontifex. mense augusto. Et primo quadragesimo salutis anno supra duodecies centeno obi⁹t. pontificatus sui an no quarto decimo. mense tertio.

Celestinus quartus patria mediolanensis t̄ ganfredus ex castillonea gente. sabinensis episcopus vi ta t̄ doctrina insignis senex admodum t̄ valitudinarius in locum gregorij suffectus. ad fridericū mittens obsidionem fauentie continuantem multis ilium de futura pace pollicitationibus delinire conatus est. Sed priusq; fridericus respondere potuerit. Celestinus ip̄e duo devicesimo pontificatus die defunctus ē. Eui vt successor daretur vno t̄ vicesimo mense laboratum ē. Causam diuturne vacatōis apo stolice scribūt tentos in malphitano carcere cardinales. ne ip̄is absentibus electio fieret protestatus fuisse. Quibus t̄ collegas assensisse. videntes omnē ytaliā friderici motibus quassatam esse. t̄ immixere per singulos dies periculum ne vrbē romam caperet.

Linea summor̄ pontificu
Honorius tercius



Gregorius nonus



Celestinus quartus



Fridericus eius nominis secundus imperator. anno dñi. 1212. ottone p̄dicto imperij titulis priuato. ab electorib⁹ eius loco surrogatus. Et ab honorio p̄tifice confirmatus et coronatus. impauit annis. 33. flat⁹ ex heinrico sexto et cōstantia sorore regis sicilie. q̄ cum antiqua esset sub papilio ne panormi in medio platee. vt tolleret om̄is suspicio et mulieres liberū haberet aditū in luce editus. Is sub gubernatione ecclesie et innocētij orbato p̄e enutritus. Heinde potentissim⁹ imperator ytalie. sicilie. sardinie. iherlm̄ et sueuie. dñs quo nullus magnificenter romanū imperiū tenuit. Fuit em̄ armoy strēnuus linguaꝝ. s. latina et vulgari. greca. gallica et sarracenica p̄it⁹. vigorosus liberalis et magnific⁹. Uer⁹ vii cīs nō caruit luxuriosus nihil curās nisi tpale. cū mltis p̄tificib⁹ romane eccie bella gessit. Fecit tñ magnifica edificia p̄ om̄ines ciuitates regni apulie et sicilie. Galidissimā arcē capuana dicta in neapoli castz pratense et arcē sancti miniatis. Habuit ex prima uxore heinricū et coradū. quos p̄sortes regni fecit. Ex secunda filia ioannis regis hierosolimitani iordanē ex p̄cubina fridericū regē antiochie manfredū principe tarenti postea regē sicilie. Et Rentzium quē fecit regē sardine. fridericus itaqz p̄mo post habitā magūtie regū alem̄anoz coronā. In sue uia gentilitatis sue regione desederat. Is audita clade qua otto afflictus erat. Aquis granū impatoria vrbē obsidione pressam recepit. ubi terciū innocētij romani p̄tificis auctoritate regiā iter de more coronā accepit. Et vt aliquā erga deū ostenderet gratitudinē cruce insignitus. voto se tunc publice obligauit sub siđi xpianis in asia agētibus afferēdi. ne etiāz pontifici quoqz romano ingrat⁹ esse videret. comitatu de regno sicilie pmisit fundani ppetuo ei⁹ donationis iure a romana eccia peculiarter possidendū. inde in romanoz regē electus otto defuncto romā redi⁹t. Quem honorius impiali diademate insigniuit. Obierat paulo prius cōstantia eius mater prestantissima mulier. nō magis annorū qua prudentie plena. q̄ viso filiū adolescentiā supergredi incipientez. Qui duos de triginta ageret annos. ad eam diē in vttū via cōtinuisse. q̄ ea de medio sublata. mores vsqzqqz mutauit. In pontifice em̄ spreta iure iurādi religione anno coronationis primo mltā et quidē enormia et aggressus que ut a flagitijs a rebellione temparet. admonētem magis magisqz indies spreuit. Unde eū duxit pontifex anathemate nisi resipisceret et ablata redderet deterrendū. sub ipm̄ fridericus impio priuatus. vt reb⁹ p̄suleret alemanie. Quib⁹ ob noui impatoris subrogationē timiebat. heinricū filiū decenem illi in regeni dedit. Tribus ab inde annis supuixit honorius. Promisit postea fridericus qd voverat. et quod pontifex gregorius volebat. Tandē ad tertiu ydus augusti cū omni classe brundusio soluit. sed ceteri ad destinatus in acconē cursum velis ardētissime remisqz cotendūt. fridericus noctu cū trireme dilapsus brundusium ē reuersus. At gregorius pontifex cū intellexit fridericū in ytaliam reuertisse. qntis potuit maledictionibus p̄secutus ē. Inde nauigationē ingressus de qua cypri substitit. Genescallo militie sue mḡo cū copijs pto lomaidā p̄missō. q̄ soldani conat⁹ inspiceret. fridericus ab illo accersitus prolomaidam ad nauigauit. Nec mora oratores in romā dimittens. absolutionē a pontifice implorauit pontifex q̄ oīa restisset repulsam de dit. quāobrē fridericus cōsulcius sibi duxit in ytaliam nauigare. Et a tarentino portu quē primū de nauigatione attigit. neapolini anxius aduolauit iuerat pto lomaidaz magister militie theutonice prutenorū. q̄ cū ipo friderico in ytaliam redi⁹t. fauentia deinde anno obsidionis. ppe in friderici potestate pactione ē facta. Inde in bononiā ducens studio eā priuauit. qd tunc primū paduā ē translatū. inde in mutinēses ac reginos duxit. sola agroꝝ vastitate p̄tentus fuit. Continuatū postea ē duos ferme annos bellū atror varinqz et longobardie ac om̄i ytalie p̄niciōfissimū omnibus quos p̄ ytaliam partū gibelline et guelfe labes infecerat auxilio nō magis militū qz pecuniaꝝ odio partū vtrūqz cōtribuentibus. Tandē quartus innocentius p̄tifex excoicationis depositionis priuationisqz sententiā in fridericū p̄nūciauit. omnibus iuramento absoluatis. Et potestate electoribus attributa nouū quē vellent principē diligendi. put in sexto de iudicijs nūc habetur. Et cum tanta pontifex lugduni inde rex francie in egipto cum gloria et dignitate reipub. xpiane gererent. xpianoſ ip̄e in longobardia crudelitate p̄sequitur. Inde apud parnā prelio supatus. postremo in ciuitate firenciola in finib⁹ abruçij infirmat⁹ manfredi filij ausu veneno vel suffocatione interi⁹t. Qui hoc epigrāma affixit. Si probitas sensus virtutum gratia census. Nobilitas orti possent resistere morti. Non foret extictus fridericus qui iacet intus.

Linea impator⁹
fridericus secundus



Ecclipsis solis anno. M. ccxxxviij. totius. cjrca horā nonā die. vi. Junij facta est. et tanta obscuritas aeris fuit. vt noctē adesse crederet. causaz ignorantes ad penitentiam redierunt. Designabat h̄m iudicium (quod fallax vt plurimū censemur) morrem gregorij nomi et oppressionem ecclesie per fridericum.

Oerre etiam motus maximi repente exorti. et adeo grandes vt in montibus saluijs ad quinqz hominū milia perisse dicantur. Quo quidē anno frisia regio a maritimis fluctibus pene tota submersa fuit. Ubi ad centum hominū milia delmersa referuntur.

